

ex iis, quæ recenti memoria in Titulos erectæ fuerunt, prætermisissis quibusdam propter loci incommoditatem, aut alias minus idoneis, cæteras itidem retinere, ac demum, ne Titulorum numerus Presbyteris Cardinalibus desit, exemplo nonnullorum nostrorum Prædecessorum, alias partim antiquas nondum tamen hujusmodi honore decoratas, partim vero recentiores, celebres tamen Ecclesias, Dignitate Præsulum majorem in modum illustrare, et in similes Titulos erigere, et instituere, ac pro numero Presbyterorum Cardinalium tot Titulos addere et supplere. Ex Diaconiis quoque antiquitus institutis quatuordecim magis insignes pro totidem Diaconis Cardinalibus seligere, et congrua distinctione confusionem perpetuo tollere decrevimus, eosdem nimirum Titulos, et Diaconias proprios cujusque Ordinis certos, et distinctos assignando, ita ut nunquam in posterum, quod hactenus sæpe factum est, Presbyteris Diaconia, nec Diaconis Tituli Presbyterales, perturbato ordine, aut promiscue concedantur. Quod quidem rationi consentaneum videtur, ut quemadmodum Summus Pontifex universali Ecclesiæ Præsident, et omnium totius Orbis Ecclesiarum sollicitudinem gerens, specialiter tamen Urbis Romæ Episcopus existit, et in ea Divina dispositione supremam Sacerdotalis potestatis Cathedram tenet, pari quoque ratione Cardinalibus, quos uti speciales S. R. E. Filios in Apostolici muneris functione, atque in universæ Reipublicæ Christianæ administratione præcipuis sibi maxime conjunctos habet Consiliarios, et Cooperatores in eadem Urbe Roma, quæ olim B. Petri Sede in ea constituta ipsius, et Coapostoli ejus Pauli Doctrina et Martyrio consecrata, et Caput Christiani Orbis, et Religionis effecta est certa Sedes, mansionem et locum unicuique proprium assignet, cujus quidem concessione iidem Cardinales, et sui Officii admoventur, et residentia, quam assistendo ipsi Romano Pontifici servare debent, et vel ex hoc magis tanquam in unum corpus compacta membra Sacro Capiti connexa esse, et ab illo dependere clarius dignoscantur.

Habita igitur cum Venerabilibus Fratribus nostris ejusdem S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura de eorum consilio et assensu, statuimus et ordinamus in posterum perpetuis futuris temporibus, Presbyteris Cardinalibus has tantum, quæ infra descriptæ sunt, Ecclesias, neque alias in Titulos assignari debere, videlicet ex antiquis Sanctæ Crucis in Hierusalem, Sanctorum Marcellini et Petri, Sanctorum quatuor Coronatorum, SS. Joannis et Pauli, S. Anastasiæ, S. Sabinæ, S. Stephani in Cœlio Monte, S. Clementis, Sanctorum Nerei et Achillei, S. Susannæ, S. Prudentianæ, S. Sixti, S. Petri ad Vincula, S. Martini in Montibus, S. Eusebii, S. Priscæ, S. Vitalis, S. Marci, S. Marcelli, S. Laurentii in Lucina, Basilicæ duodecim Apostolorum, S. Laurentii in Damaso, quæ S. R. E. Vicecancel-

lario pro tempore existenti perpetuo concessa, et assignata est; S. Balbinæ, S. Cæcilie, S. Chrysogoni, S. Praxedis, S. Mariæ Transtiberim. Ex posterioribus vero Sanctorum Quirici et Julittæ, S. Joannis ante portam Latinam, S. Agnetis in Agone, S. Laurentii in Palisperna, S. Thomæ in Parione, S. Silvestri in Campo Martio, S. Pancratii, S. Bartholomæi in Insula, S. Matthæi in Merulana, Sanctæ Mariæ de Ara Cœli, S. Mariæ in Via, S. Mariæ supra Minervam, S. Mariæ Angelorum in Thermis, Sancti Hieronymi Illyricorum. Nec non quas supradictis antiquitas, et posterius institutis addimus, et ex nunc in Titulos Presbyterorum Cardinalium, cum honoribus, insignibus, Privilegiis, auctoritatibus et præeminentiis debitis, et consuetis instar aliarum Ecclesiarum, quæ in similes Titulos per nostros Prædecessores antiquitus erectæ et institutæ fuerunt, sine alicujus præjudicio perpetuo erigimus, et institutum, ac Titulorum nomine, et Dignitate insignimus et decoramus, S. Honuphrii in Janiculo, mutato illius statu ex Diaconia, quæ hactenus fuit, in Titulum Presbyteralem; S. Augustini, S. Mariæ de Populo, S. Alexii in Aventino, S. Blasii de Annulo, S. Mariæ de Pace, S. Salvatoris de Lauro, S. Petri in Monte Aureo, Sanctissimæ Trinitatis in Monte Pincio, S. Mariæ Transpontinæ.

Ex Diaconiis vero antiquis statuimus retinendas esse tantummodo quatuordecim infrascriptas, videlicet S. Mariæ in Aquiro, S. Mariæ in Cosmedin, Sanctorum Cosmæ et Damiani, S. Mariæ Novæ, S. Hadriani, S. Mariæ in Via lata, S. Mariæ in Porticu, S. Angeli in Foro Piscario, S. Nicolai in Carcere Tulliano, S. Mariæ in Dominica, S. Eustachii, S. Viti in Macello, S. Agathæ, ac Sancti Georgii in Velabro: Ecclesias, quæ insigniores existunt, et præscriptum a Nobis Diaconorum Cardinalium numerum exæquant.

Ita ut computatis Ecclesiis Cathedralibus, videlicet Ostiensi, et Veliterna invicem unitis, Portuensi, et Sanctæ Ruffinæ itidem unitis, Albanensi, Sabinensi, Tusculana et Prænestina, quibus sex Episcopi Cardinales præsent, et Titulis Presbyterorum superius designati, numerum septuaginta Ecclesiarum constituent.

Et alter præterea Titulus supra numerum additus sit, ut si quando contingat Diaconum, vel Episcopum Cardinalem, Vicecancellarium esse, et ideo eundem diætæ Ecclesiæ S. Laurentii in Damaso, quæ Vicecancellario pro tempore existenti per Litteras fel. record. Clementis Papæ VII, Prædecessoris nostri perpetuo, ut præfertur, concessa, et assignata fuit, præesse, alicui Presbytero Cardinali proprius Titulus non desit.

Omnes vero Ecclesias, quæ per præsentem nostram Constitutionem Presbyteris Cardinalibus, etiam forsitan ex dispensatione Apostolica pro Diaconia obtinentur; itidem omnes, et quascunque ex quatuordecim superius enumeratis Diaconiis, quæ Presbyteris Cardinalibus in Titulos forsitan etiam ex

simili dispensatione concessæ alias fuerunt, et ab iis obtinentur; demum omnes, et quascunque Ecclesias superius non expressas, ipsis Presbyteris, aut Diaconis Cardinalibus in Titulos, aut Diaconias commissas, et assignatas, ac per ipsos obtentas, volumus, et decernimus per præsentem ex nunc eo ipso vacare, et quascunque illarum assignationes, concessiones, nec non dispensationes desuper etiam motu proprio, et consistorialiter; ac de simili Fratrum consilio expeditas, quæ a Prædecessoribus nostris, quæque a Nobismetipsis emanarunt, Litterasque Apostolicas desuper confectas, processusque habitos per easdem, et inde secuta quæcunque cassamus, irritamus et annullamus, irritaque, et nulla, ac nullius roboris vel momenti esse nuntiamus, mox assignaturi eisdem Cardinalibus, ex quorum Personis Ecclesiæ in Titulos, aut Diaconias per eos hactenus obtentæ vigore hujus nostri Decreti vacant, et eorum cuilibet alios Titulos aut Diaconias ex supradicto numero proprio cujusque Ordini congruentes.

In aliis vero, præterquam supranominatis Ecclesiis, etiamsi earum aliquæ in Titulos Presbyterorum, aut denominationes Diaconorum Cardinalium concedi solitæ sunt, et Cardinales iis præfici consueverunt (quarum singularium situationes et invocationes præsentibus haberi volumus pro expressis) nomina, insignia, denominationes, et statum hujusmodi Titulorum, aut Diaconiarum perpetuo supprimimus et exstinguimus, ac districte etiam interdiciamus, ne de cætero unquam perpetuis futuris temporibus alia quam ex suprascripto numero Ecclesia in Titulum, aut denominationem Cardinalatus cuipiam Presbytero, aut Diacono Cardinali concedatur, aut assignetur, neque aliis, quam supra nominatis Titulis, aut Diaconiis, Presbyteri, vel Diaconi Cardinales præficiantur, neve unquam aliqua ex supradictis Diaconiis Presbytero, neque contra ullos ex dictis Titulis Diacono Cardinali quomodolibet concedatur, vel assignetur; neque cum iis, aut eorum aliquo ex quavis causa desuper dispensetur.

Sed, et Decreta alias in Consistorio super hoc edita innovantes et ampliantes, pari ratione etiam perpetuo prohibemus, ne in posterum alicui Presbytero aut Diacono Cardinali, qui alterum Titulum, aut Diaconiam quomodolibet assecutus fuerit, quive ex Ordine Diaconorum ad Ordinem Presbyterorum, vel ad Episcopalem Dignitatem transierit, aut ex Ordine Presbyteratus in Episcopum pariter promotus fuerit, licentia, et facultas retinendi priorem Ecclesiam sui Tituli, vel Diaconia in administrationem, aut in Titulum, neve Canonicatum, et Præbendam, Dignitatem, Officium, aut Beneficiorum dimissi Tituli, vel Diaconia collatio, neque Palatii Domus, vineæ, hortorum aut fructuum, reddituum et proventuum, aut jurium quorumcunque ad hujusmodi Titulos, seu Diaconias pertinentium ad tempus, seu ad vitam retentio, aut ulla alia reservatio, quovis prætextu, occasione, vel

causa, etiam melioramentorum, et sumptuum in illarum reparationem, necessitatem, sive utilitatem factorum concedantur; sed volumus, ut ipsi Tituli et Diaconia, cum illis annexis, juribusque et pertinentiis suis universis libere dimittantur.

Insuper præcipimus, et perpetuo ordinamus, ut de cætero in quibuscunque Litteris Apostolicis, in quibus Cardinalium subscriptio manu propria faciendâ erit, iidem Cardinales, etiam Tituli, vel Diaconia, seu Episcopatus sui Cardinalatus nomine expresso se subscribant.

Decernentes per hujusmodi erectionem et institutionem decem prædictas per Nos in Titulos erectas Ecclesias tantummodo novis privilegiis et Dignitate auctas, decoratas, insignitas; nihil autem omnino præjudicii cuiquam illatum, nihil alieni juris detractum, aut immutatum censi posse, aut debere, sicque per quoscunque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, et Cardinales prædictos sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate, et in quavis causa et instantia judicari, et definiri debere, nec non irritum et inane, si secus super præmissis, eorumve aliquo a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter, contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, ac Ecclesiarum supradictarum, et aliarum quarumcunque, nec non Ordinum, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis et Litteris Apostolicis illis, ac quibusvis personis quomodolibet concessis, approbatis et innovatis, quibus omnibus illorum tenore præsentibus pro expressis habentes specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Sic igitur ipsi Cardinales, quibus hujusmodi Ecclesiarum regimen, cura et administratio pro tempore commissa erunt, eas in spiritualibus et temporalibus sollicite, fideliter et prudenter regant et gubernent, ac juxta Constitutionem piæ memoriæ Leonis Papæ X Prædecessoris nostri in Concilio Lateranensi novissime celebrato editam, frequenter visitent, circa cultum Divinum invigilent, mores ac vitam Cleri et Populi eis subjecti diligenter explorent, eosque ad recte et honeste vivendum paterno moneant affectu, bonorum ac temporalium reddituum curam gerant. Sicque ad Dei gloriam, et fidelis populi ædificationem, pia et magnifica structura et fabrica, suas quique Ecclesias instaurare studeant, et exornare; et tam in vita quam in mortis articulo pro Divini cultus augmento, et salute animarum suarum ad congrue sustentandum aliquem Presbyterum, qui inibi in Divinis deserviat, sive alias erga ipsas Ecclesias, si reparatione indigeant, vel alia subventionem de bonis sibi a Deo collatis, prout cuique pro modo facultatum conscientia dictaverit, munificos se exhibeant et liberales, ut earundem Ecclesiarum decora et ornamenta tantorum Præ-



sulum respondeant Dignitati, ac ipsæ Ecclesiæ tam sublimibus Personis gaudeant se commissas, et eorum amplitudine illustratas; iidemque Cardinales exinde ipsius S. R. E. cuius nobilissima membra sunt, majestatem sua pietate, sollicitudine, et prudentia in dies magis extollant, et reverentiam omnium gentium erga illam exemplis bonorum operum insigniter augeant, ac denique præter æternæ retributionis præmia, digna quoque laudum præconia a Nobis, et Apostolica Sede valeant promereri.

Mandamus vero ut præsentis Litteræ in quinterno Cancellariæ Apostolicæ de more describantur.

Nulli ergo omnino hominum, etc. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1587, Idibus Aprilis Pontificatus nostri anno secundo.

*Ego Sixtus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.*

Ego A. Card. Farnesius, Vicecancellarius Episcopus Ostiensis.

Ego Jacobus Cardin. Sabellus, Episcopus Portuensis.

Ego Joann. Antonius Card. S. Gregorii, Episcopus Tusculan.

Ego Joann. Avalus Card. de Aragonia, Episcopus Sabin.

Ego M. S. Card. de Altaemps, Titul. S. Mariæ Trans Tyberim.

Ego Marc. Anton. Card. Columna Titul. S. Laurentii in Lucina.

Ego Gabriel Card. Paleothus, Tit. S. Martini in Montibus.

Ego F. Mich. Bonellus Card. Alexandrin., Tit. S. Mariæ super Minervam.

Ego Ludov. Cardin. Madrutius, Titul. S. Anastasiæ.

Ego N. Card. S. Praxedis.

Ego Jul. Anton. Sancto., Titul. S. Bartholomæi in Insula, Card. S. Severinæ.

Ego Hieron. Card. Rusticucci, Tit. Sanctæ Susannæ.

Ego Joann. Hieron. Card. Albanus, Tit. S. Joan. ante Portam Latinam.

Ego P. Card. Deza.

Ego Anton. Card., Titul. SS. Joannis et Pauli.

Ego Joannes Anton. Card. SS. Quatuor Coronatorum.

Ego Joan. Baptista Card. S. Marcelli.

Ego Julius Card. Cananus, Titul. S. Eusebii.

Ego Anton. Maria Card. Salviatus.

Ego Augustinus Cardin. Veronæ, Titul. Sancti Marci.

Ego Vincentius, Titul. S. Mariæ in Via, Card. Montis Regalis.

Ego Philippus, Tit. S. Sabinæ, Card. Spinula.

Ego Scipio Card. Lancellotus.

Ego Vincentius Card. Gonzaga.

Ego Fridericus Cardin. Cornelius, Titul. S. Stephani.

Ego Hippol. Card. Papien., Titul. S. Mariæ in Porticu.

Ego Decius Card. Azzolinus, Titul. S. Matthæi, in Merulana.

Ego Hippol. Card. Aldobrandinus, Tit. S. Pancratii Major. Penit.

Ego Hieron. Card. de Ruvère, Tit. Sancti Petri ad Vincula.

Ego Fr. Constantinus Card. Surnanus.

Ego Philip., Tit. S. Eustachii Diaconus Cardin. Vastavillanus Camerar.

Ego A. Card. Montaltus.

Ego Hieron. S. Hadriani Diaconus Card. Matthæus.

Ego Benedictus S. Gregorii Diaconus Cardin. Justinianus.

Ego Ascanius SS. Viti, et Modesti, et Crescentiæ Diaconus Card. Columna.

(44. Ecclesiæ Tituli, et Diaconiæ S. R. E. Cardinalium postea fuerunt designati a Clemente Papa VIII, et a Sacra Rituum Congr. approbati sub die 30 Augusti 1602, ac a Paulo V confirmati de anno 1618, ut in Libello impresso Romæ ex typographia Rev. Camera Apostolicæ sub eodem anno in hunc modum.

*Ecclesiæ Cardinalium Episcoporum sex, nempe.*

Ostiensis. — Portuensis. — Tusculanensis.

Sabinensis. — Prænestinensis. — Albanensis.

*Tituli Presbyterales LI, videlicet.*

Sanctæ Mariæ Angelorum in Thermis.

Sanctæ Mariæ Trans Tyberim.

Sancti Laurentii in Lucina.

Sanctæ Praxedis.

Sancti Petri ad Vincula.

Sanctæ Anastasiæ.

Sancti Petri in Monte Aureo.

Sancti Honuphrii.

Sancti Silvestri in Campo Martio.

Sanctæ Mariæ in Via.

Sancti Marcelli.

Sanctorum Marcellini et Petri.

Sanctorum Duodecim Apostolorum

Sanctæ Balbinæ.

Sancti Cæsarei.

S. Agnetis in Agone.

Sancti Marci.

Sancti Stephani in Cœlio Monte.

Sanctæ Mariæ Transpontinæ.

Sancti Eusebii.

Sancti Chrysogoni.

Sanctorum Quatuor Coronatorum.

Sanctorum Quirici et Julittæ.

Sancti Calixti.

Sancti Bartholomæi in Insula.

Sancti Augustini.

Sanctæ Cæciliæ.

Sanctorum Joannis et Pauli.

Sancti Martini in Montibus.

Sancti Alexii.

Sancti Clementis.

Sanctæ Mariæ de Populo.

Sanctorum Nerei et Achillei.

Sanctæ Mariæ de Pace.

Sanctæ Mariæ de Ara Cœli.

Sancti Salvatoris in Lauro.

Sanctæ Crucis in Hierusalem.

Sancti Laurentii in Palisperna.

Sancti Joannis ante Portam Latinam.

Sanctæ Prudentianæ.

Sanctæ Priscæ.

Sancti Pancratii.

Sanctæ Sabinæ.

Sanctæ Mariæ super Minervam.

Sancti Caroli.

Sancti Thomæ in Parione.

S. Hieronymi Illiricorum.

Sanctæ Susannæ.

Sancti Sixti.

Sancti Matthæi in Merulana.

Sanctissimæ Trinitatis in Monte Pincio

*Diaconiæ XV. videlicet.*

Sancti Laurentii in Damaso.

Sanctæ Mariæ in Via Lata.

Sancti Eustachii.

Sanctæ Mariæ Novæ.

Sancti Hadriani.

Sancti Nicolai in Carcere Tulliano.

Sanctæ Agathæ.

Sanctæ Mariæ in Dominica.

Sanctæ Mariæ in Cosmedin.

Sancti Angelii in Foro Piscium.

Sancti Georgii ad Velum Aureum

Sanctæ Mariæ in Porticu.

Sanctæ Mariæ in Aquiro.

Sanctorum Cosmæ et Damiani.

Sancti Viti in Macello.

(45. Notandum est hic, quod Ecclesia S. Laurentii in Damaso non est proprie Diaconia, sed per Litteras Clementis VIII Ecclesia hæc datur semper Vicecancellario, sive sit Diaconus, sive Presbyter, sive etiam Episcopus, ut refertur in mox adducta Constitutione Sixti V ubi etiam in § 5, disponitur, ut alius præterea Titulus ultra numerum præfinitum additus sit, ut si quando contingat Diaconum, vel Episcopum, Vicecancellarium esse, et ideo eundem prædictæ Ecclesiæ Sancti Laurentii præesse, alicui Presbytero Cardinali proprius Titulus non desit (1).

*ADDITIONES AUCTORIS.*

(46. Cardinales ad Urbem accedentes, Summo Pontifici se sistere debent, nec ab Urbe discedere sine licentia ejusdem. Benedict. XIV. tom. 1. Constit. 119. incip. *In regimine* § 3. (47. Cardinales in Urbe non residentes qualibet ex causa, excluduntur a participatione rotuli. Idem *ibid.* (48. Accedentibus ad Urbem ex causa legitima tribuitur portio pro tempore moræ. Idem *ibid.* (49. Cardinales in causis commissariis judicantes uti debent notario archivii. Idem *tom.* 2. Constit. 22. incip. *Justitiæ, et pacis.* (50. Cardinalibus tribui potest Ecclesia

(1) De Ecclesiis, titulis, et Diaconiis Cardinalium plura invenies apud Cantelium in *Metropolitanarum urbium historia*, part. II, dissert. 5, cap. 2, 3 et 4; et P. Kleiner. in *Dissertatione de origine et antiquitate Eminentissimorum Cardinalium*; Heidelbergæ, 1767, cap. 4. (EDIT. BARBIELL.)

(2) Ad etiam laudatos Cantelium cap. 1, et Kleinerum c. 2 et 3. (EDIT. BARBIELL.)

(3) Hinc sub Leone sexaginta duo juxta Oldoinum, secundum alios sexaginta quinque simul recensiti

FERRAR. II.

Episcopalis in partibus infidelium: Idem *Constit.* 36. incip. *Cum a nobis*, ubi affert exempla Cardinalium, qui ad Episcopatus Titulares promoti fuere.

*ADDITIONES EX ALIENA MANU.*

(51. De antiqua in Ecclesia denominatione *Cardinalium*, (52. tum de origine horum, quos dicimus *Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales*, missis iis, quæ ex vulgo affert Auctor, lege, si lubet, Panvin. *de Cardinal. Plat. de Cardinal. Dignit. et Offic.* Ducange in *Glossario ad Scriptores mediæ, et infimæ Latinitatis verb. Cardinalis*, et Rousseaud de la Combe in *sua Jurisprudentia Canonica verb. Cardinalis, sect. 1* (2).

(53. Quod vero attinet ad varium variis temporibus numerum Cardinalium, de quo hic etiam agit Auctor, sciendum est, quod anno 1331 nonnisi viginti erant Cardinales.

(54. Anno 1352 statuere Cardinales ne unquam essent plusquam viginli. (55. Anno 1378, nondum erant, nisi tres supra viginli. (56. Multum vero deinde crevit numerus eorum per consequuta schismata. At Synodi Constantiensis, et Basileensis jusserunt, ne essent plures quam viginli quatuor. (57. Multa a Synodo Basileensi, et post mortem Sixti IV, ab ipsis Cardinalibus præscriptæ referuntur Regulæ de creatione Cardinalium; (58. inter has, ne nisi 24 Cardinales unquam crearentur, (59. nec nisi annos triginta jam nati, (60. nec nisi secundum majorem numerum suffragiorum a Cardinalibus scripto datorum, (61. nec nisi tres ex una Diocesi, Pontificisque ipsius, aut Cardinalis Nepos nullus. (62. Hoc ultimum vero Caput mollivit conventio illa Cardinalium post Sixti IV mortem, qua permissum fuit Pontifici, ut ex suis Cognatis, unum, sed solum, creare posset Cardinalem. (63. Numero huic Cardinalium pauci inde adjecti sunt usque ad tempora Leonis X, (64. qui habens suspectos eos, qui tunc erant Cardinales ob initam contra se conjurationem, 31. novos creavit (3). (65. Numerus postea tamen ad 40 renovatus est. At tandem pervenit ad 70. Confer de his omnibus Thomasin. *de veter. et nov. Eccles. discipl. tom. 1. lib. 2 c. 114. ser. per tot.* (66. Quæ vero a Sixto V in Cardinalium electione fuerint constituta, non omnia in præsentis sunt usu recepta, ut ex historia nostrorum temporum patet.

*ADDITIONES CASINENSES*

(67. Cardinalium nomen a cardinibus originem sumpsisse videtur. Sunt enim velut cardines, circa quos valvæ Ecclesiæ

sunt. Pius IV et Gregorius XIII ad majorem præ omnibus numerum ad septuaginta sex, Hieronymo Plato et Mosconio testibus, sacrum Collegium auxere. Acerbiore hic quam par fuisset, Panvinus stylo ista in amplificando Cardinalium cœtu studia perstringit; sed eum castigavit P. Daude cap. 2. sui operis *de Majestate Hierarch. Eccles.* De Ecclesiarum suburbicariarum optione plura disputat Andreucci in *diss. Episcop. Cardinalib. Suburbicariis*, p. 2, c. 2. (EDIT. BARBIELL.)

(3) Hinc sub Leone sexaginta duo juxta Oldoinum, secundum alios sexaginta quinque simul recensiti

FERRAR. II.

FERRAR. II.

FERRAR. II.

FERRAR. II.

FERRAR. II.

FERRAR. II.

FERRAR. II.

FERRAR. II.

FERRAR. II.

FERRAR. II.

FERRAR. II.

FERRAR. II.

FERRAR. II.

FERRAR. II.

FERRAR. II.

FERRAR. II.

FERRAR. II.

FERRAR. II.

FERRAR. II.

FERRAR. II.

FERRAR. II.

FERRAR. II.

FERRAR. II.

FERRAR. II.

FERRAR. II.

FERRAR. II.



